

Et tenet Emmanuel. Summa verb. dispensatio num. 10. ubi generaliter tradit vitia dispensationem ex taciturnitate fraudis & ad eam facilius impetrandam. Et videtur tenere Corduba summa q. 47. opinionem 1. puncto 1. ratione 2. initio, ubi ait ex hac spe reddi difficiliorem dispensationem. Et colligitur ex Nauarro summa Latina; & Hispana cap. 12. num. 72. & Latina cap. 22. n. 8. v. 1. & c. si quando; exceptione 4. nu. 4. & 5. de rescript. Manuel. q. regularibus, tom. 2. q. 4. 6. art. 5. Ludouico Lopez proxime allegato, vbi docet subreptiam esse dispensationem cum monacho transseundi ad aliam religionem, tacito animo, quod dimisit habitum; quando dimisit animo facilius eam obtinendi, eod quod nosse Pontificem non dispensare, nisi habitu prius demisso. Reddunt; rationem, quia equipollenter hic exprimit fallum edum dimissionem habitus allegat vt causam secundum dispensandi, videtur tacite dicere ex fragilitate a se demissum esse, & non fraude. Quippe dimissio dolosa non est dispensandi causa. Ne ex fraude commodum reportetur; contra cap. si vir de cognat. spirit. & cap. 1. de eo, qui duxit, & cap. dictum 3. o. q. 1. Vnde hinc eliciunt Manuel, & Ludouicus Lopez ibi hanc regulam generalem. Qui nouit Principem concedere aliquam gratiam in necessarium obuiari alicui delicto remedium, ac id committit vt facilius eam impetret, tenetur hunc sine exprimere. Quippe aliis equipollenter exprimit fallum; & ided subreptia erit dispensatio. Et colligitur ex D. Aug. Epistola 70. ad Aurelium, & refertur cap. legi. 16. quas. 1. ibi. Non est lauda via seruus Dei, vt facilius petant eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deterriores. Sed hec ratio non bene probat hanc sententiam. Primum, quia si hic non allegaret vt causam dispensationis illam habitus dimissionem, vel copulam, in quibus dicta fraudis, & spes reperta sunt, sed alias causas veras, ac legitimas, non videtur aliqua tacita falsi expressio. Cum nulla res necessario exprimenda taceatur. Et si dicas fraudem illam necessario exprimendam: petis principium. Cum de hoc sit questio, & supponas quod probandum erat. Cum inde virtuale falli

expressionem inferas. Secundo, quia si falsi causa vera, & sufficientes allegauerit, non probatur ex hac tacita falsi expressione dispensationem esse subreptiam. Quia ipsa met formalis expressio falsi in quadam causa non vitiat; quando alia vera; & sufficientes expressae sunt (vt probati disp. 2. f. num. 42.) Nedium virtuale expressio falsi id efficiet. Vnde doctrina haec non est vniuersaliter vera, sed quando delictum id allegatur vt causa, & constat fore vt eo non allegato Pontifex minime dispenseret eodem modo quo dispensauit. Quia tunc delictum fraudulenter admissum explicatur vt legitima dispensationis causa: cum talis non sit; sed retrahendi ab illa concedenda. Ne ex delicto commodum reportetur. Atque ita virtute, & equipollenter exprimitur fallum. Quia virtute dicitur id crimen ex fragilitate patrum, ac proinde vt fragilitati prospiciatur, esse dispensandi causam. Regrediendo ergo ad nostram questionem, superest causam assignare, cur in incestu & sanguineo, vel affinium habito spe facti dispensationis impetrandae, sit necessario spes haec hartanda. Nam praedicta regula huius exemplo adaptari nequit. Quia tantum abest vt ea copula absque hae spe habitus inducat Pontificem ad falsum dispensandum; vt potius tanquam retrahentem dixerimus num. 8. eam esse necessario explicandam: Quare aliunde petenda est ratio huius sententiae. Et ea quidem est, quam tradit Gutierrez proxime allegatus. Quia, nimirum, stylus curiae habet vt in literis dispensationis impedimenti consanguinitatis vel affinitatis, explicata copula, ad clausula conditionalis haec, dummodo copula habitus non sit spe facilioris dispensationis. Quare licet ea non addatur, nec explicetur copula; ample tamen opinione probabilem relaxam num. 6. dicentem non esse eam necessario explicandam, adhuc suppletur haec clausula, iuxta dicta num. 1. 9. & dispensatio erit subreptia non explicata copula hoc animo habitus. Quod stylus curiae declarant mente Pontificis esse non dispensare in hoc casu, nisi id exprimat. Quid autem dicendum sit, quando ab altero solo contrahenti haec spes coepta est, diximus num. 3. & c.

DISPV. VIGESIMASEXTA
An dispensatio impetrari possit absq; mandato eius, cui impetratur

SVM MARI VM.
Littera ad beneficium possunt absq; mandato impetrari. Non vero ad lites, nam. in beneficiis nequit acceptari absq; speciali mandato. num. 2. An de iudic. mandatum ad dispensationes, & alia privilegia impetrandae. Refertur quasdam opinio. num. 3. Propositor sententia auctoribus. num. 4. An dispensatio propter ignorantiam, & anequam illam acceptetur. num. 5. An dispensatio impetrata ab altero impetrari possit. facti sic ab altero impetrari dispensationem altero propter ignorantiam. num. 6. Quid, si impedimentum sit tantum alterius vel sui diversum in vtroque. num. 7. Quae sint argumenta. num. 8. Quae sint homines ad hoc in iudic. mandatum. num. 9. Quae sint homines ad hoc in iudic. mandatum. num. 10.

Constat apud omnes literas ad beneficium, necia posse impetrari absq; mandato speciali, vel generali eius, cui beneficium impetratur. Sic colligitur ex cap. si motu proprio, de praeben. in 6. ibi. Sic ut si ad petitionem illius, vel alterius pro eode. Idem ex cap. nonnulli, & alii, de rescript. per locum a speciali libentiam tanquam quid speciale de eorum libentiam, ad lites impetrari non posse absq; speciali mandato. Prater ea quia id decretum est in literis ad lites, causa litium vitandatum. Quae ratio in literis ad beneficia cessat. Et ita docet Glossa, ad cap. nonnulli, & alij verb. sine speciali, ad finem, & ibi Abb. num. 1. Felinus no. 4. 6. idem Glossa cap. ad aures verb. literas, eodem tit. & ibi Abb. sine. De eius sine. Immo num. 3. Ripa. num. 4. idem Abb. cap. ex ore. num. 2. de his, quae sunt a maiori parte capituli, & cap. innotuit. num. 10. de elect. Decius cap. ad haec, in noua editione num. 6. notabili 2. sine, de rescript. Dominicus d. c. si motu proprio num. 2. Nauar. cap. si quando, praedio 1. nu. 2. de rescript. & omnes doctores, quos num. 3. & 4. allegabo.

Ad acceptandum tamen beneficium alteri impetratum desideratur speciale mandatum eius, cui acquiritur. Sic citata decisio Rotae sustinet Felinus cap. nonnulli, & alij num. 4. de rescript. At difficultas est de impetratione dispensationis, & aliorum privilegiorum. Quidam enim censent speciale mandatum eius, cui impetratur desiderari. Ducuntur ex cap. innotuit, de elect. vbi petita est a Pontifice dispensatio ad confirmandum electionem cuiusdam illegitimi, que irrita fuerat

& tamen ait textus. Cum non ad postulantem dispensationem, sed ad petendam confirmationem ipsius fuerint nuntii destinati, ad profens non duximus admittendam. Secundo, quia regulariter nemo potest agere pro alio fine ius mandato. ff. & C. de procurat. toto. tit. Tertio, ex d. illud, §. si tale. ff. de minoribus, ex quo textu constat speciale mandatum desiderari ad restitutionem in integrum petendam. Cuius rationem reddit ibi Baldus num. 1. quod ea restitutio sit contra ius commune. Quae ratio similiter in omni dispensatione procedit. Hanc sententiam supponere videtur Host. cap. suscitata num. 3. de in integrum restit. & ibi Abb. num. 5. Cardin. nu. 2. oppositione 7. Et in proprijs terminis docent Speculator tit. de procuratoris, §. ratio igitur num. 7. vers. 21. & num. 6. vers. 4. Abb. d. cap. innotuit num. 10. Baldus d. illud, §. si talis num. 1. Corsetus in suis singularibus verbis, mandatum, statim in principio. Ceterum tenendum est, nec speciale, nec generale mandatum desiderari ad dispensationis, & quavis alia privilegia impetrandae, sed posse valide impetrari eo, cui impetratur, ignorante. Probatur rationibus quibus id probauit num. 1. de impetratione de beneficijs. Nam quae militant in omnibus privilegijs, gratijs, & dispensationibus. Secundo, ex l. vniuersi 6. C. de precib. imperat. offeruntur quae decidit non referre a quo impetratum sit privilegium, dummodo a Principe concessum sit. Tertio, quia tantum abest, vt textus cap. innotuit, de elect. cui inicitur contraria sententia, illam probet, vt potius haec ex illo colligatur. Quippe non loquitur de speciali mandato eius, cui impetranda erat dispensatio, sed de mandato capituli: ac proinde supponit, sufficere mandatū speciale capituli ad impetrandam dispensationem illegitimam male electo. Adde cū Loaz. de matrim. Regis Angliae, dub. 8. num. 10. in eo textu non ad petendam dispensationem, sed ad petendam solius iurata electionis confirmationem nuntios illos a capitulo destinatos fuisse, & ided non potuerunt nomine capituli supplicare Pontifici pro dispensatione. Et quia fines mandati diligenter seruandi sunt cap. cui denotat Sacerdotali, de praeb. in 6. denegauit Pontifex dispensationem tanquam non petitam a capitulo. Tandem quia pro hac parte faciunt doctores communiter, dum disputant an privilegium, & dispensatio profinanti senti a tempore concessionis, an a tempore

Scientia. Nullus enim controuersia huiusmodi locus esset, nisi tanquam eorum supponerent posse enignatibus impetrari a quocumque. Huius sententia videtur. Glossa cap. nonnulli. §. si sine & alij verb. sine specialibus. de rescriptis. ubi reddens rationem eue rescriptum beneficii absq; mandato valeat, ait quia super nulla lite impetrat, sed de gratia tantum conceditur. Atq; ideo aperte scaturit idem de quibuscumq; gratia rescriptis. Et tenet ibi Host. sine. Pelinus num. 45. Bellemera. d. cap. innotuit nu. 13. Loazes. d. dubio. 8. num. 5. & sequentibus. Rebuffus praxi beneficii. differentia inter rescripta gratia, & iustitia num. 16. & tit. de dispensatione nu. 1. asserit se nuquam praxi vidisse fernari vti mandatum exigatur. Gregor. Lopez. l. 39. verb. si personaria tit. 18. p. 3. Nauar. lib. 4. consil. r. editione tit. de sponsal. consilio 2. sine. & lib. 5. tit. de priuilegijs. consil. 4. num. 4. & sequentibus in 2. editione. lib. 1. tit. de rescriptis. c. 8. fil. 2. nu. 2. & sequentibus. & consil. 3. sine. & consil. 4. a. num. 4. Emmanuel Sa summa verb. gratia num. 23. illa. 2. nu. 2. no. 1.

Non prodest autem dispensatio ignorantia, donec ab ipso acceptetur: vel ab alio habente speciale eius mandatum: sicut de beneficio diximus num. 2. Et late hoc explicuit lib. 3. disp. 36. lib. 2. nu. 2. no. 1. Dubitabis autem an dispensatio impetrata ab altero volenti matrimonium iniuriam, vel qui irritum iniuriam, proficit utriq; quamuis alter prioris impedimentum, ac dispensatione ignoret? Videtur enim pars negans. Tum quia dispensatio cum sit stricti iuris, non extenditur de persona in personam. Tum etiam quia eum utriq; dispensatio deseruire debeat, nec proficit nisi a tempore scientia, videtur necessarium ut utriq; constet. At dicendum est, quando impedimentum necessarium afficit utriq; ut est consanguinitas vel affinitas, quae alteri solum afficere nequit, satis esse dispensatione ab altero obtineri, vel acceptari, ut proficit etiam

alteri ignorantia. Quia dispensatio ad necessarium conexa extenditur. At dispensatio vnus ad contrahendum cum femina est annexa dispensationi femina ad contrahendum cum eo. Et eod ipso quod alter ex his suam dispensationem acceptat, fit habitus ad contrahendum cum altero. Quod fieri nequit nisi utriq; habilis sit. Proderit ergo dispensatio illa alteri ignorantia. Et ita docent Nauar. lib. 4. consil. in r. editione tit. de sponsal. consil. 14. num. 2. in 2. lib. 1. tit. de rescriptis. consil. 3. num. 2. Henriquez lib. 1. de matrim. cap. 3. num. 6. in comm. to. litera 4. Quod idem supponunt doctores omnes, quos lib. 2. disp. 36. nu. 2. retrulij dicentes quando matrimonium fuit irritum, et aliquod impedimentum ab altero ignoratum, posse coniugem impedimenti conscientium impetrata illius occulta dispensatione, nec alteri illa explicata, nec impedimento, & simuliter petere illius consentium. Et nu. 2. nu. 2. nu. 2. nu. 2.

Quod si esset impedimentum alterius tantum, et alter solus castitate vouerit, vel ita commune, ut sit prorsus in utroq; diuersum, ut si utriq; castitate promiserit, necesse est ut ille, qui impedimento affectus est, & si utriq; sit, ut utriq; illa acceptet: quauis absq; eius mandato posset impetrari. Ratio est, quia dispensatio directe impetratur habenti impedimentum, nec impetrata vni impetratur per quandam necessariam consequentiam alteri: sicut contingit in casu, quem num. praecedenti explicuimus. Ergo is qui illa eget, debet eam nosse, & acceptare: & si utriq; egeat, utriq;.

Ad argumenta num. 3. proposita respondetur. Ad primu constat ex dictis num. 4. Ad secundu, dicitur verum esse in rescriptis iustitia, secus in rescriptis gratia. Ad tertiu, dicitur esse speciale, non ob rationem ibi signatam a Baldo, sed ob aliam, quam implemet tradit ibidem, nempe, quia venit procurator ad retractandum factum Domini. Ut. l. hominem ff. madati.

DISPV. VIGESIMASEPTIMA

An commissio dispensandi in matrimonij impedimentis: & generaliter quacumq; alia potestas delegata expiret morte, vel cessatione officij personae, cui commissa est?

SUMMARY M.

Potestas delegata potest committi expresso nomine solo proprio delegati, aut solo no-

mine dignitatis, aut utroq; numero 1. Commissio personalis cessat morte delegati: non vero realis, sed transit ad successorem nu. 2.

An ad hoc diiudicandum sint potius alia coniecturae spectandae, quam si fiat commissio sub nomine proprio delegati, an sub nomine dignitatis. num. 3.

An in dubio praesumptio personae praepoderet, & censetur personalis. num. 4.

Quot quaestiones disputanda sint. num. 5.

An commissio facta expresso nomine delegati pereat eius morte, non autem quando expresso nomine dignitatis, vel officij, sed trāseat ad successorem? num. 6.

An facta nomine dignitatis expresso trāseat ad successorem, quando prior obiit re integra. num. 7.

An dignitas vicarij Episcopi habeat successores, & sic commissio illi facta sub nomine dignitatis transeat eo mortuo ad successores? Referuntur duplex opinio. num. 8. & 9.

Explicatur sententia auctoribus: & an idem sit de vicario capituli, & prelatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem. num. 10.

An legati a latere dignitas habeat successores, & sic commissio ei facta sub nomine dignitatis transeat ad successorem? num. 11.

An idem de dignitate canonici dicendum sit? num. 12.

Quae dignitas dicatur habere successores, ut ad illam commissio transeat? num. 13.

An commissio facta a dignitati nudi ministerij, vel arbitrij transeat ad successores? num. 14.

An commissio facta sub nomine dignitatis delegati, quando is est consanguineus, aut amicus delegantis, censetur personalis, nec transeat ad successorem? num. 15.

An delegatio facta sub nomine proprio delegati, quando is est incognitus deleganti, censetur realis, & transeat ad successorem? num. 16. Post num. 16. inueniuntur alia summaria.

Iam aggredimur modos, quibus dispensatio semel concessa legitime, extingui possit, ac euanescere. Quod varijs modis posse contingere disputationes sequentes demonstrabunt. Prius autem agimus quando expiret morte, aut cessatione officij ipsius delegati, cui Pontifex committit ut cognita veritate praecum dispenset, in praesenti disputatione. Et in sequenti agemus quando expiret morte, aut cessatione officij ipsiusmet delegati. Primo supponendum est, posse tripliciter committi potestatem delegatam alicui. Primo modo, expresso solo nomine proprio delegati, ut committimus Petro. Secundo modo, expresso solo nomine dignitatis, ut co-

mittimus Archiepiscopo Granateni. Tertio, expresso utroq; ut committimus Petro Archiepiscopo Granateni.

Secundo supponendum est, difficultatem huius quaestiones pendere excognitione quando commissio huiusmodi personalis sit, quando vero realis. Na si personalis sit, id est, personae cui delegatur specialiter concessa, cessabit eius morte, eod quod subiecti cui inhaerebat deficiat. Si autem realis sit, id est, dignitati, vel officio concessa, cum dignitas illa, seu officium perpetua sint, non extinguetur morte delegati, sed transibit in personam succedentem in eo officio, aut dignitate. Quippe ea quatenus fungens eod de officio, seu dignitate, reputatur vnam cum praecedenti. Quare totius huius disputationis difficultas eo spectat, ut ex coniecturis deducatur, quando censetur commissio facta dignitati, seu officio, & si realis sit, nec morte delegati extingatur: quado autem soli personae, & sic tanquam personalis extingatur eius morte.

Tertio supponendum est, ad coniectandum an commissio sit personalis, an potius realis, non principaliter spectandum esse an delegatio fiat expresso nomine delegati, an expressa eius dignitate: sed hanc considerationem esse vltimum remedium, quando, nempe, ex subiecta materia, vel ex alijs verbis in dispositione contentis deduci nequit. Quare prius sunt alia verba, & subiecta materia perpendenda, & quando illis perpenis res adhuc dubia manet, id diiudicandum est ex nominis proprii delegati, aut eius dignitatis expressione. Quare si verba, vel materia subiecta indicet dispositionem esse personalem, sic erit censendum, & si solius dignitatis delegati mentio fiat. Exemplum sit de verbis. Pontifex committit causam Episcopo Cordubensi solo dignitatis nomine expresso, declarans se illi committere ob peculiarem scientiam, ac familiaritatis notitiam, qua de illo habet. Ex verbis constat non habitam esse dignitatis considerationem, sed personae: ac proinde commissio erit personalis. Exemplum in materia subiecta. Fuit excommunicatus Episcopus Cordubensis solo dignitatis nomine expresso, manifestum est ex communicationem esse personalem, nec transire ad successorem. Quod hoc petat materia ex communicationis subiecta, ut potest, que ob solum personale delictum ferri potest. Ratio autem huius est, quia vna praesumptio tollit aliam, & maior minorem. Ut tradit Glossa

finalis cap. transmissio, qui filij sint legit. & ex multis probat Menochius de præsumptio. lib. 1. quæst. 30. num. 1. At fortior est præsumptio, quæ ex verbis ipsius peculiaribus commissio, ac ex materia subiecta sumitur, ut potè, quæ peculiaris est, quam generalis desumpta ex proprii nominis, dignitatisve expressione. Ergo illa potius attendenda est, ac huic præpoderat. Atq; ita docent Ioan. Andr. regula privilegium, de regulis iuris, in 5. & ibi Anchar. num. vnico, col. 2. & consil. 327. num. 5. & 6. Abb. consil. 93. nu. 1. & 2. lib. 2. & cap. mandata nu. 1. de præsumpt. & cap. quoniam Abb. nu. 8. de officio deleg. vbi Antonius num. 21. Cardinalis q. penultima. Imola num. 8. Decius in noua editione nu. 2. 3. Beroius à nu. 82. idem Decius. l. more num. 53. & 54. ff. de iurisd. omn. iudic. Couar. lib. 3. var. cap. 15. num. 2. & latissimè alios allegans cap. requisisti num. 1. & sequentibus, de testam. Barbosa. l. quia tale 14. num. 41. ff. solut. matrim.

4. Hinc infert Decius. c. quoniam Abbas, in noua editione nu. 36. de offi. deleg. præsumptionem respicientem personam præferri præsumptioni respicienti dignitatem, ac proinde vtraq; concurrèti iudicandam esse dispositionem personalem in dubio. Et ratio est, quia præsumptio specialis generallem cessare facit. Cùm species generi deroget (vt ex multis probat Menochius de arbit. lib. 2. casu 472. num. 14. & de præsumpt. lib. 1. q. 29. num. 7.) At præsumptio respiciens personam magis specialis est (vt voluit Baldus. l. 1. q. 3. ff. de officio Confusilis). Sed Beroius eo cap. quoniam Abbas num. 85. ex multis contra hoc insurgit, & tandem concludit fortè esse verum quod ait Decius, quando præsumptiones illæ pares hinc inde essent, ac proinde res est in æquilibrio, & dubia. Tunc enim vincet in eo dubio præsumptio personalis, ac reputabitur dispositio personalis. Et verè in hoc dubio loquitur Decius, idq; verissimè credo.

5. His præmissis, quadruplex quæstio in hac disputatione discutenda est. Primò, quando commissio fit solo nomine dignitatis, aut solo nomine personæ expresso, an censetur personalis, ac proinde extinguitur delegati morte? Secundo, quid vbi vtrūq; nomen exprimitur? Tertio quid quado delegatus non obiit, sed officio, vel dignitate iam functus est? Vtrima est specialis in dispensationibus impedimètorum. matri-

monij commissis officiali dicecesano, quòdo expiret officiali illo vita, aut officio functo, nec transeat ad eius successorem. Vbi & alia differunt ad hoc perententia, & disputabitur de commissis in foro conscientie confessori.

Quæstio prima. An quado delegato fit commissio, expresso nomine solo proprio, aut solo dignitatis, officijve censetur personalis, & ita extinguitur morte personæ delegati: an potiùs realis, ac proinde ad successorem transeat? Qua in re quando ex coniecturis verborum, vel materiæ subiectæ certior regula deduci nequit, iuxta dicta num. 3. sed omnibus pensatis est res dubia, hæc regula accipièda est. Si solum personæ delegati nomen exprimitur, erit commissio personalis, ac morte delegati extinguetur. Vt committo hoc Petro, vel Petrus sit mei testamenti executor. Quando autem nomen dignitatis, vel officij solum exprimitur, commissio erit realis, & eo delegato mortuo transibit ad successorem in ea dignitate, vel officio. Vt hoc committo Episcopo Cordubensi: vel sit testamenti executor decanus Granatensis. Regula hæc probatur expressè ex cap. quoniam Abbas. de offi. deleg. ibi. *Quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum commissio emanauit.* Locorum, id est, dignitatum, que locis præfunt. Vt explicat ibi Abb. nu. 8. ab omnibus receptus. Et idè ex eo textu colligunt hanc regulam vniuersi Doctores cū Glossa ibi verb. substitutum. Et ratio est, quòd in priori casu commissio fiat personæ, quæ moritur. At in posteriori, dignitati, quæ nunquam moritur, sed est vna, & eadem in successore cap. si gratiose, de rescriptis, in 6.

7. Aliqui hanc regulam temperat, vt tunc commissio realis facta sub nomine dignitatis transeat ad successorem, quando prior obiit re non integra, sed negotio iam incepto: secus si re integra obierit. Ducitur ex cap. quoniam Abbas, de offi. deleg. quod expressè videtur supponere delegationem dignitati factam transire ad successorem, si iudici præmortuo fuerit rescriptum præsentatum, & sic res non fit integra: ibi. *Ubi mandato nostro porrecto.* Quæ verba cùm sint ablatiui absoluti efficiunt conditionem. I. à testatore. ff. de condit. & demonstrat. Sic sustinet Angelus. §. & hæc verò iubemus vers. attende, auth. vt nulli iudic. Et Beroius. d. cap. quoniam Abbas num. 12. & 13. ait in literis ad lites de quibus textus agit,

fortè

fortè necessarium esse vt mortuo presentate sint, secus in alijs. Et concludit id esse cogitantium. At dicendum est, nil referre in hoc euentu, an à priori habenti illam dignitatem res cepta sit, an potius re non incepta, sed integra obierit. Quia rem esse integram, aut ceptam, ne commissio extingatur, solum attenditur quado delegatus obiit: (vt latè videbimus disp. sequenti), non autem quando delegatus obiit. Quare dū est commissio personalis, semper extinguitur cum persona delegati; quando autem est realis, transit ad successorem, siue commissio cepta sit à defuncto, siue res integra manserit. Quia ratio vtriusq; partis, nimirum, personam mori, non autè dignitatem, militat siue res sit integra, siue non. Et ita docent Innoc. d. cap. quoniam Abbas num. vnico: & ibi Host. num. 5. & 9. Ioan. Andr. nu. 27. Anton. num. 20. Cardin. post. q. 1. oppositione 1. Imola nu. 2. Decius in noua editione num. 14. notabili 5. Henricus nu. 10. Anchar. cap. licet vndiq; q. 5. de offi. deleg. idè Host. summa tit. de offi. deleg. §. quibus modis finitur num. 10. vers. quid si mortuus est. Archid. cap. si is cui, statim in principio, eodem tit. in 6. & ibi Dominicus nu. 4. vers. in fine Glossæ. idem Decius l. more num. 54. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Zafius sine. Bella Perrica num. 17. Menochius dicens sententiam Angeli ab omnibus reijci, de arbitrat. lib. 1. q. 68. nu. 22. Neg. oblat. d. cap. quoniam Abbas, quia in illis verbis, *Mandato nostro porrecto*, suppleendum est, maxime, nec in hoc vim textus facit, sed in eo quòd delegatio dignitati facta sit. Et ita explicant Host. Ioan. Andr. Ant. Card. ibi locis proximè allegatis.

8. Secundo temperatur hæc regula ab aliquibus, vt intelligatur quado dignitas delegati est per se subsistens, & nomine proprio illi competit, secus si sit accessoria, & dependens ab alio, cui principaliter ea dignitas inest: vt contingit in vicario Episcopi. Atq; proinde in hoc euentu nulla erit differentia, siue commissio fiat expresso nomine proprio Vicarij, siue nomine dignitatis: nam in vtroq; euentu commissio erit personalis, nec transibit ad successorem in vicariatu, sed morte personæ peribit. Ratio est, quia dignitas, seu officium vicarij eo mortuo expirat, vel eo reuocato ab Episcopo: nec dicitur tunc vacans, eo quòd non habeat propriè successorem. Quippe vicarius non habet iurisdictionem nomine proprio, sed iurisdicatio sua est Episcopi

faciens idem consistorium cap. 2. de consuet. in 6. Et confirmatur, nam si vicarius haberet successorem, diceretur vacare per mortè, & ea dignitas esset necessario perpetua in Ecclesia, & consequenter non penderet ab Episcopi voluntate Vicarium constituere: sed teneretur esse creatus: alioquin elapso termino legitimo potestatis creandi ad Papam deuolueretur cap. 1. & toto tit. de suppl. neglig. prælat. At Episcopus non teneretur creare vicarij cap. 1. & 2. de offi. Vicarij, in 6. & notatur cap. perleth d. 25. & clem. 2. de rescript. Ergo vicariatus dignitas non est perpetua, nec in ea succeditur, sed dicitur de nouo assumi à Vicario denouo creato. Secundo, probatur ex l. A. I. A. I. iuncta. l. quod Principi. ff. de legat. 2. vbi legatur Imperatori factum transit ad successore, secus si legatur Imperatrici. Quòd ille dignitatem nomine proprio habeat, & sic successore. Hæc autem non fungatur dignitate nomine proprio, fed rarij Imperatoris coruscet, ac proinde caret succedenti in dignitate. Et idè hanc partem sustinent Bart. d. l. quod Principi, sine, & ibi Baldus sine. Idem Bartolus. l. more, sine. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Albericus num. 10. Decius num. 54. Iason. num. 65. Fulgositus nu. 25. Zafius sine. Bella Perrica num. 18. Iacobinus in 1. lectura num. 35. Cacialupus num. 35. Angelus. l. & quia num. 7. ff. eodem tit. Anton. licet subobscurè cap. quoniam Abbas num. 25. de offi. deleg. & ibi Imola num. 7. Decius in noua editione num. 42. & ibi Felinus nu. 7. Beroius num. 100. & 101. Anchar. cap. si gratiose num. 6. vers. in 1. casu, de rescript. in 6. & ibi Francus num. 13. & cap. statutum, in principio num. 11. notabili 5. eodem tit. & libro, & ibi Dominicus num. 8. Imola clem. 2. num. 12. de rescript. Fulgositus. l. si quis Imperatorem num. 2. vers. sed si sit factum. C. qui testam. fac. pos. Tabiena verb. delegare. q. 12. nu. 13. Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumptione 121. num. 10. & de arbitrat. lib. 1. q. 68. num. 24.

9. Alij verò hanc limitationem reijciunt, sustinentes commissionem factam Vicario sub nomine dignitatis, esse realem, & ita eo mortuo transire ad successorem in vicariatu. Ducitur, quòd detur verè successor. Vt constat ex cap. 1. de officio vicar. in 6. vbi vult textus substitutum in vicariatu præsentare, & gerere vices illius, qui prius erat Vicarius: ibi. *illos, qui vices ipsius gerunt.* Vbi Glossa verb. ipius, ait, officialis, vel

officialatus.

officialatus. Huius sententia sunt Paulus clem. & si principalis, de rescript. Cardin. cap. quoniam Abbas nu. 3. oppositioe 11. & 12. de offic. delegari. Iacobus de Puteo dicens sic in Rota decisum esse, decisione 487. nu. 1. lib. 2. Flaminius de resign. benef. lib. 1. q. 11. ad finem.

Ceterum optime questione hanc diluit Abb. cap. quoniam Abbas num. 11. de offic. deleg. dicens licet proprie, & stricte Vicarius Episcopi non habeat dignitatem, vt aperte probant rationes nu. 8. propositae, atq; ita in rigore commissio illi facta sub nomine dignitatis non transiret ad successorem: transiret quidem. Quia eam esse Pontificis merito, verq; ab ipso considerari Vicarij tribunal, dum hanc committit sub nomine vicariatus, praxis ipsa satis attestatur. Idq; suadet prudens, ac sanus Ecclesie gubernatio. Cum enim commissiones dispensationum in foro externo concessarum dirigantur semper officiali dicecesano, si personales essent, passim perirent, magna q; expensa in impetradis alijs rescriptis heret. Atq; hoc pacto defensa opinio relata nu. praecedenti est vera. Et quavis Doctores loquantur de vicario Episcopi, idem intelligo de vicarijs capituli sede vacati, ac praetoriam habentiu iurisdictionem quasi Episcopalem in sua dicecesi, ita vt nulli Episcopo substat. Commissiones enim huiusmodi Vicarijs directae sub nomine officij transferunt ad successorem. Cum militet eadem ratio, & praxis ipsa ita docet. Hos enim omnes capaces esse harum delegationum probabo num. 34.

Hinc deducitur commissioe factas legato etiam a latere sub nomine dignitatis non transire ad successorem, sed eum persona legati extingui. Quia legari dignitas non est perpetua in Ecclesia, sed ad nutu, & simplicem Pontificis voluntatem reuocabilis. Atq; ita finita legatione non dicitur vacare dignitas, nec in ea datur successor, sed semper de nouo per Pontificem creatur. Et confirmatur ex cap. praesenti, de offic. legati, in 6. vbi deciditur reservationes, & prouisiones beneficiorum a legato facta, & nondum effectum sortita, expirare finita legatione. Sentit ergo textus legationem extingui: nec transire ad successorem. Et ita docent Anton. cap. quoniam Abbas num. 23. de offic. deleg. & ibi Abb. nu. 11. Decius in noua editione num. 63. Felinus num. 8. Beroius a num. 102. vsq; ad 105. Bart. l. more, sine. ff. de iurisd. omn. iudic.

Imola clem. 2. num. 12. de rescript. Dominicus cap. statutum, in principio num. 8. de rescript. in 6. & ibi Francus nu. 11. notabili 7. & cap. si gratiose num. 13. eodem tit. & libro. Taberna verb. delegare, q. 12. nu. 13.

Secundò deducitur, quid diendum sit de legatione facta canonico sub nomine dignitatis. Quidam sic distinguunt, si in illa Ecclesia non sit certus canonicorum numerus, non transire ad successorem. Quia canonicatus ille cum persona extinguitur, nec successorem habet. cap. dilectus, de praebend. secus si sit certus numerus. Sic tenet aliqui, (vt refert Abb. statim allegandus) & partim est eiu(s) sententia Anton. cap. quoniam Abbas num. 23. de offic. deleg. tenet enim priorem partem: at posteriore in decidam relinquit. At versus est in neutro euentu canonicatus habere proprie successorem, sed extingui morte: & pari ratione commissionem illi factam sub nomine dignitatis. Et ita sustinent Abb. d. cap. quoniam Abbas num. 9. & ibi Beroius num. 99. Felinus nu. 5. & 6. Decius in noua editione a num. 59. Imola clem. 2. nu. 12. de rescript. Dominicus cap. statutum, in principio nu. 8. de rescript. in 6. & ibi Francus numer. 9. Ceterum quantum hoc in rigore verum sit, ex mente Pontificis bene transiret in aliu cui canonicatus ille collatus est (vt nu. 10. diximus de Vicario Episcopi.) & ita tenet d. cap. quoniam Abbas num. 9.

Quòd si roges, quana dignitas sit, quae propriae successorem habet, atq; ita commissio facta illi transiret ad successorem? Dic esse illam, quae perpetuo existit in Ecclesia. Vt bene tradit Dominicus cap. statutum, in principio, de rescript. in 6. num. 8.

Tertiò limitatur ab aliquibus regula, vt tunc commissio facta dignitati transiret ad successorem, quando commissio illa iurisdictionem aliquam continet, secus si sit nudum ministeriu, seu nuda facti executio. Et ratio est, quia in iurisdictionis commissione attenditur praesumpta peritia eius, qui eam dignitatem habet, quicq; ille sit. At in nudis ministerij commissione sola certae personae affectio, & confidentialia. Sic relatio pro se Innocentio tradit Bartolus. l. more, in sine. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Iason. nu. 65. idem Bart. lib. qui liberis. §. haec verba nu. 4. ff. de vulgari, & ibi Imola nu. 5. sine, & num. 6. Ioan. Andr. cap. finali nu. 24. de offic. deleg. & ibi Anton. §. vltimo num. 25. Beroius cap. quoniam Abbas a nu. 111. eodem tit. Anchar. cap. si gratiose nu.

7. de rescript. in 6. Ruinose consil. 15. num. 9. volum. 1. & consil. 63. num. 5. verb. nec oblitus, volum. 4. At verius est, huiusmodi commissionem transire ad successorem in dignitate. Quia nulla congrua differentia ratio assignari potest. Quam enim dignitas cui commissio facta est, non moritur, sed eadem in successore maneat, dicendum est eam ad successorem transire. Nec Innoc. cap. finali nu. 4. de officio deleg. quem pro se allegat Bartolus, est eius sententia. Quia loquitur in casu, in quo ex verbis constat eam esse indultam personae: in quo casu omnes fatentur eam esse personalem, nec transire ad successorem. Et ita hanc partem sustinent Hostius, cap. finali nu. 11. de offic. Abb. ibi §. vltimo, sine. Cardin. q. 7. Imola nu. 20. Anchar. nu. 8. Felin. nu. 8. limitatione 1. Bellemet. q. 2. num. 6. idem Abb. d. cap. quoniam Abbas num. 19. vbi Decius in noua editione num. 77. Idem Cardin. clem. vnica, sine, de offic. deleg. Paulus d. l. qui liberis. §. haec verba nu. 4. Idem Decius, d. l. more num. 51. vbi Cacialupus nu. 39. Menochius de arbitrar. lib. 1. q. 68. nu. 25. qui omnino consulendus est a nu. 4. vbi tractat an potestas arbitrandi concessa dignitati transiret ad successorem. Et a nu. 26. vbi tractat quid quando extra iudicium res est terminanda, & partes committunt iudici, vt arbitro, an id arbitrium transiret ad successorem.

Quartò limitatur ab aliquibus, nisi ille cui sub nomine dignitatis facta est delegatio, sit coniunctus sanguine, aut stricto amicitiae vinculo cum delegante, tunc enim erit personalis, nec ad successorem transibit. Sic Iason. l. mare num. 65. ff. de iurisd. omn. iudic. Et refert pro se Glossam cap. religiosus verb. expresserit, de testam. in 6. idq; probat ex cap. requisisti, de testam. Sed cum Ilylus, & consuetudo habeant vt delegationes committantur personae alicui in dignitate constitutae, iuxta cap. statutum, in principio, de rescript. in 6. & dispensationes fori externi officiali dicecesano, & exillimo quantum sit coniunctus delegatis, vel valde familiaris, commissione sub nomine dignitatis delegati facta esse realem, & transire ad successorem. Quia non censetur principaliter spectata persona, aut coniunctio cum illa, sed dignitas cui haec delegari debent. Nec Glossa, quam pro se refert Iason illa fauet. Quippe loquitur in testamenti executione personae in dignitate constitutae commissio sub dignitatis

nomine. Vt si testator nominet sui testamentum executorem Archiepiscopum Granatensem: eum enim per accidens omnino se habeat dignitas respectu executionis, eaq; executio communitè demandari solet amicis, ac sanguine iunctis, iure optimo ex his deducitur vrgentior praesumptio, potius personae, quam dignitatis considerationem habitam, vt commissio sit personalis, quam ex solius dignitatis expressione ad coniectandum oppositum. Nec fauet etiam cap. requisisti, de testam. Quia loquitur in legatis relictis personae in dignitate constitutae. Quia in re praeter praescripto deducta ex amicitia, & consanguinitate, vt censetur legatum factum contemplatione personae, praesumptioni deductae ex solius dignitatis expressione, vt censetur factum contemplatione dignitatis. Quòd in legatis relinquentis consanguinitas, & amicitia spectari soleant.

Vltimò limitatur à quibusdam regula, quoad eam partem, vt delegatio facta expresso solo delegati nomine censetur personalis, & sic cum persona expiret, vt intelligatur, nisi delegatus sit incognitus deleganti, tunc enim censetur commissio realis, & facta dignitati, si delegatus eam habeat. Per l. penultimam ff. de rebus dubijs. Ita clarus Guillelmo, & Angelo tenet Iason. l. more, num. 65. limitatione 6. ff. de iurisd. omn. iudic. Sed omnino displicet haec limitatio, nec is textus eam probat. Quia ibi (vt nu. 19. ponderabimus,) expressus est sermo quòd sub nomine proprio, & dignitatis simul sit commissio. Praeterea quia si committens nolit personae, sed dignitati, vel officio delegare: quorsum solius nominis proprii personae mentionem fecit?

SVMMARIVM.

AN commissio facta expresso nomine dignitatis, & personae simul, censetur persona, nec transiret ad successorem? Refertur triplex opinio num. 17. & 18. 19. Explicatur sententia auctoribus. Et l. si serua communis. ff. de Ryp. seru. itam 20. Quid, si commissio sic facta redderet inuultu iuxta aliterum sensum? num. 21. Post num. 21. inuenies alia summaria.

Questio secunda: An commissio facta expressis simul nominibus dignitatis, & personae delegati, censetur personalis, an realis? Quae questio (vt diximus num. 3.)

procedit ubi res est dubia, nec ex alijs eodem iuris veritas elici potest. Quadruplex est opinio. Prima sustinet ceteri commissionem realem dignitatis factam, & sic transire ad successorem. Quod dignitatis qualitas praeualeat, ut potest, quae potentior, ac firmiter est. Sic tenet Glossa. l. cum ita. 93. verb. haeredi. ff. de con. lit. & demonstrat.

18 Secunda sententia tenet spectandum esse utrum ex illis nominibus precedat, & precedat proprio commissionem esse personalem, nec transire ad successorem. Ut si dicatur, Committimus Petro Archiepiscopo Granateni. Secus si dignitatis nomen precedat. Ut committimus Granatensi Archiepiscopo Petro. Ducitur, quia ubi res est dubia, deducitur ex litera ordine intentionis cedentis cap. mandato, in fine, de preben. in 6. cap. si quis iusto, in principio, de elect. in 6. & l. quoties. ff. de usufructu. Hinc sustinent Bart. l. more, in fine. ff. de iuris. d. omni. iudic. & ibi Decius num. 57. l. a son. num. 65. Curtius in iunior sine. Zafius sine. Iacobinus in l. lectura num. 33. Anchar. cap. si gratiosus num. 6. sine, de rescript. in 6. Imola. l. si servus communis num. 2. in iur. ff. de stipul. seru. & ibi Angelus statim in principio.

19 Tertia sententia sic distinguitur. Aut committens, disponensve notitiam habet personae cui committit, & tunc est vera distinctio posita numer. precedenti, ut sit personalis, quando praecedit nomen proprium, realis vero, quando praecedit dignitatis nomen. Aut non habet notitiam personae, & tunc conferitur realis facta dignitatis, utrumvis nomen praecedat. Probat. ex. l. si servus communis. ff. de stipul. seru. i. d. l. penult. ff. de rebus dubijs. Quippe, d. l. si servus communis constituit discrimen, quando servus communis stipulatur dominis suis, an praecedat nomen proprium, an appellativum. Quod ideo est, quia in dubio quod alteri postponitur, conferatur apponi non principaliter gratia disponendi, sed gratia demonstrandi. Quae ratio potest etiam casui nostro adaptari. Quoniam ex quo primo ponitur nomen proprium, deinde appellativum dignitatis, videtur nomen proprium principaliter considerari, & sic in eo videtur dispositio fundata: & appellativum postpositum videtur secundario apponi demonstrationis gratia: & ideo potius attenditur nomen prepositum. Quod magis attendi debeat dispositio, in qua mens disponentis principaliter consistit, quam

demonstratio. argumento ex. l. si quis infundi vocabulo, & l. Stichum. ff. de legat. 1. ubi ab eo quod gratia demonstrandi ponitur, non determinatur dispositio. Et ex d. l. penultima constat experimentem nomen proprium, & officij, ac in alterutro errantem, videri in dubio considerasse appellativum officij, si non cognosceret personam, perinde ac si nomen proprium non esset adiectum. Ergo quando delegans minime novit delegatum, videtur in dubio semper delegare dignitati: quando autem novit, videtur illi delegare, cuius nomen praepositum. Et ita tenent Bart. d. l. si servus communis numer. vnicuique. Abb. consil. 93. sine, lib. 2. & cap. mandata num. 1. de praesumpt. & cap. quoniam Abbas num. 8. de offic. deleg. vbi Cardin. quaest. penultima. Decius in noua editione numer. 47. & 48. Et dicit communem Berolius ibi num. 91. & tenent etiam Paulus, d. l. penultima num. 4. Fulgosius. l. more num. 25. ff. de iuris. d. omni. iud. & ibi Cacialupus num. 38. Greg. Lopez. l. 47. fin. tit. 18. p. 3. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quaest. 68. num. 16. & 17.

20 Ultima sententia (cui adhæreo, licet tres posita sint probabiles) ait semper huiusmodi commissionem esse personalem, utrumvis nomen praepositum, ac proinde non transire ad successorem. Ducitur primo, quia cum nomen dignitatis generale sit ad omnes ea fulgentes, nomen autem proprium sit speciale illius personae nominatae; illud per hoc exprimitur, ac restringitur, ut non excedat personam nominatam. Nam quoties genus & species in vnius persona concurunt, genus expostum per aliquam speciem restringitur ad illam cap. 2. de rescript. cap. statuto, de decim. in 6. Secundo, quia verba debent aliquod operari. l. si quando. ff. de legat. 1. quod aded verum est, ut nec vna syllaba in rescriptis Pothois superflua esse debeat (ut probat lib. 3. disputat. 46. numer. 6. At expressio nominis proprii superflua profus esset, nisi operaretur commissionem esse personalem. Nil enim aliud operari valet. Cum aliis persona sit certa per expressionem certae dignitatis. l. nominatim. ff. de liber. & posth. Tertio, ex cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. vbi textus explicans quando commissio sit realis, ait. *Sub expressio nominis locorum, & non personarum.* Quasi dicat, ubi nulla nominis personae mentio facta est. Negatio enim quicquid post se inuenit, destruit, ac magis negat, quam affir-

mario

matio ponat. Ut bene tradit Glossa cap. cum dilectus verb. a suspensis, de consuetud. Quarto, quia ex duplici eo nomine expresso duplex coniectura, ac praesumptio colligitur, sed a nomine proprio specialis, & a nomine dignitatis generalis (ut voluit Baldus. l. 1. quaest. 3. ff. de officio Consulis.) At specialis generalem vincit (ut ex alijs probat Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 472. numer. 14. & de praesumpt. lib. 1. quaest. 29. numer. 7.) Praeponderabit ergo praesumptio deducenda ex nominis proprii expressione, ut commissio conferatur personalis. Nec obstant. l. si servus communis, in contrarium allegata. Quia ibi nomen appellativum, nempe, officij pictoris tam ignotum erat, sicut nomen proprium. Et ideo non apparet utrum illorum ad alterius determinationem apponatur. Quod secus in nostro casu contingit. Et ideo huius sententia videtur Glossa elem. 2. verb. principis, de rescript. vbi dicit commissionem factam vicario Episcopi esse personalem, quoties nomen proprium vicarij exprimitur: & quamvis non explicet etiam si verum exprimat, ac clare videtur etiam in hoc casu loqui (ut testatur Abb. dicit. cap. quoniam Abbas num. 10.) Et eam tenent Ioannes Andr. cap. statutum num. 17. vers. & ibi possit, de rescript. in 6. & ibi Archid. num. 3. vers. quid si causa. Alexan. consil. 175. perspectis, eolumn. penultima num. 5. volum. 5. Imola. d. cap. quoniam Abbas num. 8. sine: & ibi Bellemera quaest. 4. num. 13. Berolius num. 22. dicens forte hanc sententiam esse in puncto iuris veriosem. Tancredus, & Brixianus, quos refert, ac sequitur Henricus ibi numer. 14. Flaminus de resignation. benefic. lib. 1. quaest. 11. num. 12.

21 Quancumque tamen ex his sententijs amplectamur, ea limitanda est, nisi commissio, seu dispositio secundum alterum intellectum redderetur omnino inutilis: tunc enim in dubio ceteri debet spectatum id nomen, siue proprium, siue dignitatis, iuxta quod dispositio est valida, & utilis. Quare si talis est spectato dignitatis nomine, erit realis: si vero spectato personae nomine, personalis. Exemplum huius ponit Abbas cap. quoniam Abbas num. 9. de offic. deleg. l. commissio fiat Petro Fernandez Canonico Granateni, semper erit personalis, siue praepositum, siue postpositum nomen proprium. Quia cum multi sint Canonici Granateses, nisi dicamus nomen proprium

adiectum ad determinandam personam, corrueret commissio tanquam incerta. Ratio autem huius limitationis est. Quod in dubio ea semper interpretatio accipienda sit, ut actus valeat. l. quoties. ff. de rebus dubijs. Sic docent Bart. l. si servus communis num. vnicuique, & ibi Angelus statim in principio. ff. de stipul. seru. Abb. consil. 93. sine, lib. 2. & d. cap. quoniam Abbas num. 8. & ibi Cardin. quaest. penultima. Decius in noua editione num. 49. Berolius num. 93. & 94. vbi bene hoc limitat, nisi accepto hoc intellectu inferretur alteri iniuste damnum. Potius enim sustinendum est, dispositionem esse inutilem, quam damnum iniuste inferri.

SUMMARIUM.

Amissa dignitate, vel officio delegati, commissio personalis periret, realis autem transiret ad successorem: si facta delegati morte num. 22.

Quid, si delegatus non omnino deponatur, sed ad alteram transferatur num. 23.

Quid, si ante depositionem, vel translationem res non erat integrata num. 24.

An commissio personalis cesset cessante persona dignitate, quando res erat integra? numer. 25.

Quid, si in ponam delicti princeps dignitate erit num. 26.

Quid, si transisset ad statum incompatibilem? num. 27.

An ut capax quis sit commissionis a Papa factae, satis sit eum solo tempore imperationis rescripti esse in dignitate: vel sat si tempore presentationis rescripti: an potius veritas tempore desideretur? num. 28.

Post, nu. 28. inuenies summaria, quae desiderantur.

Questio tertia. An sicut morte delegati extinguatur delegatio personalis: realis vero ad successorem transeat, ita dicendum sit, quando superflua est adhuc delegatus, at officij, siue dignitate amittitur? Hac in re ea est regula. Si commissio est personalis, ut potest personae facta, non expirat finita eius dignitate, sed potest adhuc de illa cognoscere. Secus si sit realis, ut potest dignitati facta: transeat enim tunc ad successorem. Ratio est clara, quod in priori casu, cum solius personae habitus sit consideratio, sequatur commissio personam, instar privilegij personalis. At in posteriori, quum sola dignitas spectata sit, illam sequitur, in qua-

Rrr 2 eunq;

cuq; persona inueniatur. Sed obijcies spectari semper dignitatem. Non enim est capax delegationis a Sede Apostolica, eiusve Legato facte, nisi persona in dignitate constituta. cap. statum, in principio, de rescript. in 6. Sed respondetur spectari dignitatem, ut delegatus ille sit capax commissionis acquirendae: at ubi semel acquisiuit, nil refert ad commissionis personalis retentionem, dignitatem cessasse (vt num. 28. dicemus.) Quare hanc regulam tradunt Glossa clem. 2. verb. principalis, de rescript. & ibi Imola num. 11. Abbas cap. quoniam Abbas nu. 8. sine, de offic. deleg. & ibi Felin. num. 5. Berouius num. 102. vers. & ex predictis. Francus, d. cap. statum, in principio nu. 10. & n. & ibi Dominicus num. 8. Folgoius l. more num. 25. ff. de iurisd. omni. iudic. Tabiena verb. delegare quest. 12. num. 13.

23 Imo quauis non deponatur dignitate legatus, sed ad aliam transferatur, cessat commissio realis illi facta, transq; ad successorem in priori illa dignitate. Quod cum commissio priori illi dignitati facta sit, ipsam semper sequitur. Sic tradunt Innoc. cap. quoniam Abbas, statim in principio, de offic. deleg. & ibi Anton. num. 2. 1. sine. Abb. num. 3. Card. num. 4. quest. 4. Baldus num. 3. Henricus num. 10. Bellemera num. 1. oppositioe 1. vers. tertia est. Berouius num. 110. Ioann. Andr. cap. quauis num. 2. de offic. deleg. in 6. & ibi Anchar. sine. Dominicus num. 6. Francus in sine: & cap. statum, in principio num. 1. de rescript. in 6. Cacialupus l. more num. 36. ff. de iurisd. omni. iudic. Quod tamen intelligendū est, quādo dignitas, ad quam delegatus ille trāsit, non cōtinet primam, sed illam extinguit. Vt si commissio fiat Decano Cordubensi, & si fiat Episcopus Cordubensis, cessabit commissio, & transibit ad decanum successorem. Secus si per adiectā qualitate non confundatur prior dignitas. Vt de causa commissi Episcopo Cordubensi posset idem cognoscere, si is Episcopus Cordubensis erigatur in Archiepiscopatum. Quia factus Archiepiscopus non definit esse Episcopus eiusdem diocesis. Sic Abb. d. cap. quoniam Abbas num. 14. & ibi Decius in noua editione num. 67. Berouius num. 110. Cacialupus, d. l. mora num. 36.

24 Quod adeo verum est, ut quauis res non sit integra, sed delegatus ceperit ut commissione dignitati facta, cessabit eo

amittente dignitatem, aut ad aliam translatam: & ad successorem transibit. Quia cum sit praesens dignitati concessa, pendet ab illa in conseruatione. Sic reprobat Monacho cap. statum num. 8. 9. & 10. de rescript. in 6. diecici non amitti commissionem, tenent Innoc. Ioann. Andr. Cardin. Baldus, Anchar. Dominicus, Francus, Henricus, Bellemera, Cacialupus num. praecedenti allegati. Sicut quauis delegatus obiret re integra, transiret commissio dignitati facta ad successorem in dignitate. Vt diximus num. 7.

25 Tripliciter autem solet limitari, ut commissio personalis non expiret cessante officio, aut dignitate personae. Primo, dummodo res non sit integra, sed ante cessationem ceperit ut iurisdictione. Sic Francus cap. statum, in principio num. 8. de rescript. in 6. Sed iure optimo idemmet Francus cap. quauis, in sine, de offic. deleg. in 6. ait nil ferre, siue ceperit uti, siue non, Quia (vt num. 7. dicebamus in simili) rem esse integram, aut inceptam, ne delegatio expiret, solum spectatur quando delegans obiit, aut dignitatem amisit: non autem quando delegatus ipse. Quod etiam constabit ex dicendis num. 28. ubi probabitur sufficere dignitatem habitam esse tempore impetrationis rescripti, ne commissio personalis pereat, est tempore praesentationis rescripti dignitas ea cessarit. Cum tamen tunc res sit integra.

26 Secundo limitatur, nisi persona delegati sit in delicti poenam priuata officio, vel dignitate. Per textum l. Cassius, & sequenti ff. de senator. ubi remotus a Senatu ob propriam turpitudinem, iudicare nequit, secus si ob aliam causam. Vt contra Monachum cap. statum num. 7. de rescript. in 6. tradunt Baldus l. generaliter num. 7. C. de episcop. & cleric. Decius cap. quoniam Abbas nu. 58. de offic. deleg. & ibi Felin. num. 5. Berouius num. 96.

27 Tertio limitatur, nisi delegatus ille deposita dignitate transisset ad statum incompatibilem, ita ut factus esset iurisdictionis illius Ecclesiasticae incapax. Sic Decius, Felinus, Berouius num. praecedenti allegati. Baldus l. praedia 6. num. 4. C. de fideicom. Francus cap. statum, in principio num. 8. de rescript. in 6. & ibi Archid. nu. 3. vers. quid si causa, Anchar. num. 5. quest. 4. Domin. num. 8. vers. 2. casu. Tabiena verb. delegare quest. 12. num. 15. Flamin. lib. 1. de relig. benef. quest. 11. num. 15.

Ex

28 Ex his deducitur intellectus ad cap. statum, in principio, de rescript. in 6. & Glossam ibi verb. canonicis, in sine, ubi cum textus decidat non posse causas a Sede Apostolica, aut eius legato promanentes committi, nisi personis in dignitate aliqua constitutis, ut canonicis, vel alijs: ait Glossa sufficere canonicatum, aliamve dignitatem obtineri tempore impetrationis illius rescripti Pontifici, quauis tempore praesentationis eius cessarit iam dignitas illa. Secus si tempore impetrationis non aderat dignitas, non enim sufficeret eam adesse postea tempore praesentationis. Quādo doctrinam dicit Abb. cap. quoniam Abbas num. 8. sine, de offic. deleg. posse difficulte sustineri: Quia si ea commissio realis sit, extinguetur cessante officio, ac transibit ad successorem. Et nu. 9. varios excogitat modos defendendi illam Glossae doctrinam. Sed ea doctrina verissima est, atq; probatur ex eo textu, ibi. *Canonicis committantur*. Quippe qualitas iancta verbo, vel participio est intelligenda secundum verbum, vel participij tempus. l. Titius. ff. de testam. milit. Ergo factis est, & requirit ad esse dignitatem legato tempore commissionis sibi factae. Secundo, quia capacitas in ipso commissione initio spectanda est cap. l. eo tempore, de rescript. in 6. Tertio, quia per commissione personalem factam illi, qui tempore impetrationis rescripti, dignitate praeditus erat, commissio quoad actum vitandam fuit consummata. Non ergo vitanda est, licet ad eam casum res veniat, nempe, cessationem dignitatis, a quo incipere nequit commissio. Et idem eam Glossa doctrinam amplectitur Monachus eodem cap. statum, in principio num. 7. Ioann. Andr. num. 17. & 18. Archid. num. 3. vers. quid si causa. Anchar. num. 5. quest. 4. Domin. num. 8. Francus num. 8. Speculator tit. de iudice delegato. §. finali nu. 22. vers. quid si causa. Abb. consil. 93. num. 2. lib. 2. Bald. l. generaliter n. 7. C. de Episc. & cleric. & l. praedia 6. nu. 4. vers. extra quozro. cap. de fidei commiss. Paulus consil. 327. dubio 3. Decius d. cap. quoniam Abbas, in noua editione num. 56. & ibi Berouius num. 95. Felin. nu. 5. Tabiena verb. delegare quest. 12. nu. 13. Causillos quest. praedictis quest. 666. num. 5. & sequentibus. Flaminus de resignat. benef. lib. 1. quest. 11. num. 6. & sequentibus. & refert. num. 14. sic censuisse congregationem Cardinalium. Et quauis Glossa de solis canonicis loqua-

tur, id gratia solius exempli in canonicis explicuit. Eius enim doctrina generalis est in quibusvis dignitate praeditis. Quia textus ille de omnibus tractat. Et rationes allatae procedunt aequè in omnibus. Et ita docent Felinus, Tabiena, Flaminus num. 6. allegati proximè. Verum doctrina haec Glossae intelligitur, quādo commissio fuit personalis. Nam quādo est realis, nec requiritur, nec sufficit, tempore impetrationis rescripti adesse dignitatem. Cum enim dignitatem ipsam sequatur, nec personae specialis commissa sit, sufficit quādo praesentatur rescriptum, personam in ea esse dignitatem. Quippe eadem dignitas erat, quauis in alia persona existens, tempore impetrationis. Et ampliùs requiritur ut toto delegationis tempore perseueret in ea dignitate. Nam quocunq; temporis praesens cessat dignitas, transit commissio ad successorem in dignitate (vt nu. 22. diximus.) Et ita quādo commissio est personalis, intelligunt eam Glossae doctrinam, Ioannes Andr. Archid. Domin. Felinus, Tabiena proximè allegati. Anchar. cap. quauis, in sine, de offic. deleg. in 6. & ibi Francus in sine.

SYMMARIUM.

Officialis Episcopi dicitur Vicarius generalis Episcopi num. 29.
An dispensatio commissi officiali, vel Vicario Episcopi, possit per Episcopum eo officiali remoto expediri? num. 30.
An possit per eundem officialem, postquam cessauit eius officium, vel factus est Episcopus eiusdem diocesis? num. 31.
An Vicarius capituli possit esse delegatus Pontifici, eiusve Legati, ac exeeque dispensationes commissis officiali diocesano? num. 32.
Quid si dispensatio illa commissi teretur officiali, aut Vicario Episcopi, an possit illam expedire capitulum Sede vacante, aut eius Vicarius? num. 33.
An Vicarij habentium iurisdictionem quasi Episcopalem sint capaces huius delegationum, & possint exeeque dispensatione officiali commissam? num. 34.
Quid si Vicario Episcopi commissi, at nondum consecrati? num. 35.
Si duo sint officiales, intelligitur delegatio facta officiali, de principaliori? num. 36.
Quid, si essent duo aequè principales? & explicatur cap. ad hac, & cap. finale, de rescript. num. 37.
An praesentato rescripto dispensationis alteri officiali possit alter adiri, vel pars super sede

Rrr 3 re.

dere, donec alter succedat: vel diuidi ut alter dispenset, alter vero legitime prolemissum. 38.

An si officialis pronuntiaris rescriptum subreptitium, & se deceptum postea inueniat, possit iterum de illis cognoscere: & quid, si pronuntiaris validam, & imitum sit virtute illius matrimonium, aut nondum sit initum, & inueniat se deceptum? num. 39.

An altero confessario expedituro dispensatione in foro conscientia, vel si illo declarauit eam esse subreptitiam, possit alius adiri: ac possit quidam eligi ut dispenset, alius vero in prolem legitime? num. 40. & ibi, an possit ipsemet vbi pronuntiaris irritam dispensationem, mutare sententiam.

An si Episcopus alium Vicarium constituat, vel ipse Vicarius alium substituat, possit substitutus exequi commissionem Vicario factam? num. 41.

An si Episcopus Vicarium remoueat ne de dispensatione commissa cognoscat, possit adhuc cognoscere: & an possit Episcopus alium creare, ut illam expeditur? num. 42.

An vicarius possit delegare has dispensationes sibi commissas, vel receptionem testium: & per quem fieri debeat, quando in alia diocesi faciendae est? num. 43.

39 **Q**uestio vltima. An commissiones dispensandi in impedimentis matrimonij, vel alijs rebus, quae solent committi officiali diocetano, transeat eo reuocato ad successorem: vel ab ipso met expediri possint? Prima conclusio. Nomine officialis diocesani intelligitur Vicarius generalis Episcopi illius diocesis. Constat ex clem. 2. de rescript. iuncta Glossa verb. officialis textus enim ait, Et si principalis officialis Episcopi. Et Glossa ait, eundem officialem dici Vicarium. & cap. 1. & 2. de offic. Vicarij, in 6. textus eundem vocat officialem, & statim cap. finali, dicitur disiunctiue. Officialis, aut Vicarius generalis Episcopi. Idque experientia ipsa testatur.

30 Hinc deducitur commissiones factas officiali, vel Vicario, non posse expediri per Episcopum etiam officiali remoto. Nam cum aperta differetia sit inter Episcopum, & eius officialem: ut constat ex cap. venerabilibus, in principio, de sentent. ex com. in 6. ibi. Archiepiscopo, vel eius Officiali, & commissio soli officiali fiat, nullatenus potest ad Episcopum pertinere. Item quia & si idem sit Episcopi, & eius Vicarij tribu-

nal, id tamen solum habet verum in causis quae iure ordinario competunt Vicario: Atque ideo hoc tenent Federicus cõsil. 130. factum tale est, ad finem. Cardin. clem. 2. q. 9. num. 10. de rescript. & ibi Imola num. 14. Paulus ibi, & Anchar. nu. 5. Bonifarius num. 52. Decius cap. quoniam Abbas, in noua editione num. 62. de offic. deleg. & ibi Bellemera. q. 11. num. 24. Francus cap. dilecti, cl. 2. q. 5. de appel. & cap. statutum, in principio nu. 11. notabili 6. de rescript. in 6. Bertachinus tractatu de Episcopo. p. 7. lib. 4. q. 4. Rebuffus praxi beneficit. de forma Vicariatus num. 161. Nauar. lib. 2. consil. in 2. editione tit. de officio deleg. consil. 5. num. 1.

31 Secundo deducitur de decisio eius quætionis, an si idem vicarius creetur Episcopus eiusdem diocesis, vel aliis destinatus esse Vicarius, possit de causa illa sibi commissam removere Vicariatus cognoscere, vel dispensationem illam exequi? Quam re sic distinguendum est. Si commissio fiat in forma ordinaria, (ut fieri solent,) dicendo officiali talis diocesis v. g. officiali Granateni, non poterit postquam desijt esse Vicarius, licet factus sit Episcopus eius diocesis, commissioem prosequi. Quia cum commissio sit realis, ut potè facta dignitati vicarij, siq; ad alteram dignitatem, quæ priorem non continet, translatus sit, vel aliàs desierit esse Vicarius, cessat commissio respectu suæ personæ (ut dixi num. 22. & 23.) Et transit ad successorem in Vicariatu, iuxta veriorè sententiam, quam nu. 10. amplexi sumus. Si verò commissio fuit personalis, poterit de ea cognoscere cessante Vicariatu. Quia factus fuit tempore commissionis factæ per Pontificem ad esse Vicariatu, diximus nu. 28. Et ita totum hoc in proprijs terminis Vicarij Episcopi docent Anchar. clem. 2. num. 4. de rescript. & ibi Imola num. 11. Et posse prosequi finito Vicariatu, quædo commissio fuit personalis, docent etiam: Abbas clem. 2. in principio, & ibi Cardin. q. 6. nu. 7. Felinus cap. quoniam Abbas. in 5. vers. vbi requiritur, de offic. deleg. Limitat Cardinalis, nisi sit transierit ad statum incompatibilem. Quod & nos diximus n. 27. Et similiter limita, nisi ob delictum priuatus Vicariatu sit. Ut dixi ut. 16. Insuper limita Fræcus, si ante dimissionem officij cœperat iurisdictione vti. Sed n. 25. hoc reiecit.

32 Tertio inferitur Vicarium capituli sede vacante, posse eam dispensatione exequi: & de quauis simili delegatione cognoscere.

Quia

33 Quia forma committendi non est officiali Episcopi, sed officiali, expresso nomine diocesis v. g. Cordubensi. At dum sedes est vacans, officialis illius est officialis illius diocesis, ad le qua quantus clem. 2. de rescript. deciderat generales Episcoporum vicarios esse capaces de legationis factæ a Papa, vel eip legato, quæ solis indignitate constituitur committi potest cap. statutum, in principio, de rescript. in 6. At idem dicendum est de Vicarij capituli sede vacanti. Quia sunt Vicarij iurisdictionis Episcopalis. Ut docent Glossa ea clem. 2. verb. Episcopi, & ibi Cardin. q. 13. nu. 15. Anchar. nu. 1. sine. Imola num. 20. Euerardus in suis topicis, loco à vi subrogationis nu. 2. Quamuis minus bene id neget Bonifac. ea clem. 2. n. 33.

34 Sed maior difficultas est, si clausula commissionis dicere, officiali Episcopi, an possit de ea cognoscere officialis capituli sede vacanti? Felinus cap. eam te. nu. 17. vers. faciunt hæc, de rescript. negat. Quod hæc potestas delegata sit. Nec Vicarij capituli est verè Vicarius Episcopi. Item quia capitulum ipsum nequit de ea causa cognoscere. Ergo à fortiori non eius Vicarius. Nemo enim potest plus iuris transferre in alium, quam sibi cõpetere dignoscatur. Regula nemo potest plus 79. de regul. iuris in 6. Ceterum quamuis verisimè sit non posse capitulum ipsum sede vacanti: at credo posse Vicarium eius generalem. Ducor, quod ea potest non succedat Vicario Episcopi, sed ipsimet Episcopo. At vicarius capituli succedit in dignitate Vicarij Episcopi. Adde Vicarij hunc posse dici Vicariu Episcopi. Ut tradit Cardin. nu. precedenti allegatus. Et ita cum clem. 2. de rescript. dicatur Vicarios Episcoporum esse capaces harum commissionum, tradunt Doctores nu. precedenti relati idem de Vicarij capituli: quasi verè sint Vicarij Episcopi, id est, habentis iurisdictione Episcopale. Nec obstat argumentum deductum ex regula nemo potest. Quia idem met probat nec Vicariu Episcopi posse de ea causa cognoscere. Cum nequeat Episcopus, qui illum constituit. Quare dicendum est id argumentum optimè concludere, si capitulum ipsum, aut Episcopus transferat iurisdictionem cognoscendi de ea causa delegata in Vicariu. At eam non transferret, sed constituit Vicariu: & eo ipso quod sic constituitur est Vicarius, potest ea commissionem exequi virtute rescripti Apostolice Vicario committentis.

35 Quartò inferitur, quid dicendum sit de

Vicarij prelatoru habetium iurisdictione quasi Episcopale in sua diocesi nulli Episcopo subdita: Videtur enim hos non posse has dispensationes exequi. Quia cum non sint Vicarij Episcopi, quod petit clem. 2. de rescript. ut Vicarius capax sit delegationis Pontificiæ, erunt illius incapaces. Vt sufficienti ibi Glossa verb. Episcopi. Cardin. nu. 14. q. 12. Imola nu. 19. Bonifarius nu. 30. & dicit tutius Anchar. ibi n. 1. Ceterum existimo hos posse exequi, & capaces esse haru delegationum. Quia (vt diximus n. 32.) in ea clem. nomine officialis Episcopi intelligitur officialis habentis iurisdictionem Episcopalem. Cuiusmodi sunt hi. Item quia hi Vicarij sunt ordinarij, sicut & Vicarij Episcopi (vt probauit lib. 3. disp. 29. nu. 4.) Itè quia praxis ita habet. Atque ita hos esse capaces haru delegationu tradunt Stephanus, & Matthæus illa clem. 2. ut eos refert ibi Imola nu. 19. & id esse probabile docet Paulus ibi relatus ab Anchar. ibi n. 1. quod ipse met aperte sentit, cum tantum vocet oppositum tutius. Cum ergo dispensatio dicitur officiali illius diocesis, & nullus alius sit officialis eius diocesis his prelati subiecti, nisi officialis illoru, poterit ille exequi.

36 Vltimo inferitur, Vicariu generalem Episcopi confirmari, nondum tamen consecrati posse dispensationem hanc exequi. Quod nullus alius sit illius diocesis officialis. Et hic capax sit haru delegationum. Ut tradit Glossa ea clem. 2. verb. Episcopi, de rescript. & ibi Anchar. n. 1. sine. Bonifac. nu. 33. Quibus Imola ibi nu. 20. relato Antonio sentiat tutius esse non esse hunc capax. Cui fauet Bellemera. q. quoniam Abbas q. 11. num. 24. de offic. deleg. vbi reprobat Collectario ait non posse Episcopu nodu consecratu cognoscere de causis Episcopo ab homine commissis, secus de commissis à lege. Sed multò verius est eum esse capax. Quia cum Episcopus ante consecrationem habeat plenam iurisdictionem Episcopale, suus Vicarij verè dicitur Vicarij Episcopi, id est, habetis plenam iurisdictionem Episcopale.

37 Secunda conclusio. Si duo sint officiales Episcopi, & delegatio fiat simpliciter officiali, & alter ex illis est principalior, illi soli cœsetur commissio facta. Constat ex clem. 2. de rescript. vbi dicitur principalis Episcopi officialis esse capax huius delegationis. Item quia nomen dignitatis absolute prolatu stat pro principalis. Atque ideo hæ tenet Glossa ea clem. 2. verb. principalis, & ibi Imola n. 10. Et in simili, nempe, quando sit

commissio Archidiano, & sunt plures, intelligi de principali, tradunt Bald. c. quoniam Abbas num. 4. de offic. deleg. & ibi Imola. nu. 5. Bellemera. q. 9. nu. 21.

37 Difficultas autem est, quando uterq; effectus aequè principalis, & nullus designaretur in rescripto. Glossa. c. quoniam Abbas. verb. substituta, de offic. deleg. ait esse iudicem, què elegerit actor. Quia de illo sentit, cum literas impetrauit. Quod si partes discordent, ait esse illum, cui primò fuerint literæ presentatae: & si utriq; simul presententur, forte esse iudicem neutrum. Alij. consententur ambo simul esse iudices, & neutrum consum. Sic tenet Berolius late probans. d. c. quoniam Abbas, nu. 77. At frequentissima sententia habet neutrum cum effectu esse iudicem, donec Princeps, de quo intellexerit declaret. Sicut dicitur quando nominatur tutor in tutela. Idem sunt Titij. ff. de testamentaria tutela. Ita docent Hostien. d. c. quoniam Abbas. num. 5. & ibi Anton. sine Ioan. Andr. nu. 33. Abb. sin. Cardin. q. 1. Imola. nu. 5. Bellemera. q. 9. nu. 22. Henricus nu. 23. idem Cardin. clem. 2. q. 4. num. 3. de rescript. & ibi Alectar. nu. 3. Imola num. 10. Nò tamen red dicitur delegatio nulla, tãquã incerta: sed valebit vitij. rescriptum, quoniam esse ad nò habeat donec declaret Princeps utrum eorum elegerit. Nec obstant. c. adhaec. & c. finale. de rescript. quatenus decidunt delegationem incertam esse irritam: Quia intelliguntur, quãdo incertus iudex ex incertis personis crearetur: scetus quando incertus ex certis. Quod in hoc casu contingit. Sic docet Berolius d. c. quoniam Abbas nu. 74. Vnde bene idem Berolius ibi. a. 76. intelligit nullum interim iudicem cum effectu censeri, quoad vsq; incertitudo declaratur, vt intelligatur, parte aduersa id incertitudinis vitij opponente: scetus si non opponat. Et late id probat. Quare in commissiõibus, & dispensationibus, quæ contentiosa non sunt, nec inter partes agitantur, erit iudex ille, cui rescriptum fuerit presentatũ. Vt optime dixit Glossa proximè allegata, quæ in hoc euenit verissima est: nec ceteri id negantes agut de his commissiõibus, sed de contentiosis. Et Berolij doctrina nũc relata est huic doctrinæ conformis. Cum nulla in his pars aduersa sit, quæ id incertitudinis vitij opponere possit.

38 Hinc deducitur, semel presentatũ rescriptum illud dispensationis alterutri ex officialibus aequè principalibus Episcopi, vel illud exequatur, non posse alterũ officialem

aquè principalè adiri. Nã (vt optime ait Anton. c. licet vndiq; nu. 13. de offic. deleg.) in literis gratiarũ executorijs præuenitur iurisdicciõ per solam rescripti cum animo procedendi presentationem. Atq; ita Glossa. nu. præcedenti allegata dicit esse iudicẽ cui primò literæ presentatae fuerint. Atq; vbi semel iudicium coeptum est, ibi terminari debet. l. vbi coeptum. 30. ff. de iudicijs. Et hoc etiam procedit, quoniam primus iudex consentiat. Vt in fortioribus terminis, nempe, in confessario cui in foro conscientie comittitur dispensatio, tenet Nauarr. num. 40. in initio allegandus. An verò possit dispensatio hæc ita diuidi, vt alter officialis dispensationem impediat, & exequatur: alter vero legitimatiõne prolixi dixi disput. 7. n. 17. At posset pars si videret officialem illũ in eã parte inclinare, vt rescriptum sit subreptitiũ, super sedere rescripti illius expeditiõne antequã officialis pronunciet, & expectare donec ille, vel moriatur, vel officium depõnat, aut alius ob eius morbu, vel absentiam vices eius supplere, reputatur enim successore, vel substitutus eadem mee persona cum illo. Sicut in ceteris iudicijs euenit.

39 Si tamen officialis Episcopi semel pronunciat rescriptũ esse subreptitiũ, & sic nò posse virtute illius dispensari in matrimonio impedimento, nò poterit amplius, & si se deceptũ inueniat, sententiã retrahere. Sed adeundus erit Pontifex, qui delegauit. Quia eũ sit iudex delegatus, & fundus sit officio suo, caret deinceps iurisdicciõne. (illa enim est sententia diffinitiuã, eũ totam causam sibi commissam decidat.) Quippe iudex delegatus vbi semel, licet intulit, ac inualidè iudicauit, non potest iterũ iudicare: prout facere potest ordinarius, qui iure proprio iudicat: vt tradit Doctores. l. iudex posteaquã. ff. de re iudic. & l. si vt proponis, per eũ textũ. C. quomodo, & quando iudi. Et docent multis alijs citatis Tiraque. l. boues. §. hoc sermone. n. 50. declaratione 6. ff. de verb. signif. Matienzo lib. 3. Recop. tit. 4. l. 9. glossa. l. n. Gutierrez. q. pra. l. 3. q. 48. n. 16. & latissimè. q. can. lib. 2. toto. c. 2. & maximè. nu. 8. & 9. vbi cũ receptissima sententiã multis allegatis probat id etiam procedere in delegato à Principe cõtra alios, quos ibi refert. Quoniam posset quicquid; delegatus, qui contra formam mandati iudicauit, iterũ iudicare: nec per id iudicium iurisdicciõ delegata est co-summata. Vt ex multis probat Gutierrez.

dem

dem cap. 28. à nu. 28. & d. q. 48. nu. 27. At in nostro casu neutra ratio coõcurrit. Quia nec officialis delegatus inualidè iudicauit, nec cõtra mandanti formã. Quod si alleges sententiã in causa cõiugali nò transire in re iudicatã ac proinde posse illũ, vt ordinariũ assumere causam. Respondeo sententiã matrimonij in hoc casu transire in rem iudicatã. Cũ ex eo qd non cõtrahatur, nullum peccatũ foueatur. In quo euenit sententia in causa cõiugali transire in rem iudicatã: (vt probauit lib. præced. disp. 100. nu. 3.) Præterea esto nò transiret in rem iudicatã, eũ in quantum Ordinariũ nullam habeat iurisdictionem circa illã dispensatiõne, sed quatenus Pontificis delegatus: & eo minere iã omninò fundus sit, nullã ratione poterit causam assumere, vt iterũ dispense. Si tñ cõtra pronunciat legitimum esse dispensatiõne, & postea siue intro, siue nondũ inito matrimonio virtute illius dispensatiõnis, inueniat se deceptum, vel errasse, nò poterit in quantum delegatus causam iterum assumere: Quod iam factus delegati officio sit. At eũ sententia illa, vt potè fouet peccatũ matrimonij male cõtrahendi, aut male cõtrahendi, non transiret in rem iudicatã, poterit in quantum Ordinariũ causam iterum assumere, & impedire matrimonij inuentum, vel iam initum dissoluere: non cognoscens, nec iudicans de prioris sententiã vitibus, quam vt delegatus pronuncians: id enim solus est Pontificis delegatus: sed habebit se, ac si nulla esset sententiã, & cognoscat de matrimonio cõtracto, validum sit, necne, vel an possit cõtrahi. Queniam dñi potest cognoscere de quouis alio matrimonio male inito.

40 Sed vrgentiõis dubiũ est, de dispensationibus, quæ in foro conscientie comittuntur expediendi cõfessori, per Sacre penitentiariæ rescriptũ. Nauarr. lib. 1. consil. in 2. editione. tit. de offic. deleg. consil. 8. nu. vnico, ait non posse penitentem vbi semel literas cuiusdam confessario presentauit, illum eligere, vt dispensationem exequatur, alterũ eligere eo dimisso etiã de prioris cõfessarij consensu. Dicitur primò, quia iurisdicciõ delegata nequit prorogari de persona ad personam. C. P. & C. de offi. deleg. At rescripta hæc dirigitur ad cõfessariũ, quem penitens elegerit, & consequenter: eo ipso quod aliquis electus fuerit ex ibi contentis, videtur expressus à summo penitentiarj. At si ab eo aliquis esset expressus, nullatenus posset alius eligi. Ergo nec

postquam est à penitente nominatum electus. Et confirmatur, quia id rescriptum solam vnica cõfessarij electionem, vt dispense, concedere videtur. Sermo enim simpliciter prolatus intelligitur de prima vice. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborũ signific. Secundo, quia iurisdicciõ delegata est iurisdicciõ delegantis, & ita ad ipsum solum delegantem pertinet. eam extendere, & non ad partes, nec ad iudicem. Id enim quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri nò potest. Regula id quod nostrum est de reguli iuris. At his non obstantibus existimo non tantum vbi semel literas presentauit cuiusdam confessario, sed etiam postquam ab eo pronunciatum fuit dispensationem esse subreptitiã, posse impetrantem adire alium confessarium, qui forte in ea sit opinione, vt rescriptum valeat. Postquam eundemmet confessarium remelius perspecta dispensationem illam, multa sententia exequi. Quis si semel dispensauit, nò possit secantè palinodiam. Quod iam dispensatio consummata sit, scur quando semel absoluti, aut votum commutauit. Ducor, quod cum ea commissio facta sit in foro conscientie, sequitur eius fori naturam, quæ est, vt non stringatur penitens acquiescere sententiã vnus cõfessarij, sed possit alium adire: atque idemmet confessarius sententiam mutare possit. Quis enim negabit habenti priuilegium virtute bullæ, vt absoluitur à rescriptis, eius vt commutentur vota, denegata absolute, aut commutatione per quẽdam cõfessarium, eò quod iudicant fe in eò casu non posse, integrum esse alium cõfessarium adire, posseque absolute, & commutationem ab ipso obtinere, si cõtrariæ sententiã sit: posseque eundemmet confessarium, qui semel negauit, mutare sententiã, ac concedere? Nec obstant in contrarium adducta. Non primum, & secundum. Quia non prorogatur iurisdicciõ de persona ad personam ex voluntate sola partis, aut cõfessarij: sed ex voluntate ipsius penitentiarj, qui literas optulit. Ea enim censetur eius voluntas, vt liceat diuersos confessores adire, & idemmet possit sententiã corrigere: & ij omnes censentur electi ab ipso penitentiarj, vt literas expedit. Quod natura fori conscientie, pro quo illæ literæ cõceduntur, manifeste probat. Nec obstat etiam cõfirmatio prioris argumeti. Quia ea regula intelligitur, quãdo primus actus omninò cõsummatum est, & sic dispẽ

factio

ario cōcessa fuit. Sicut in simili Suarez tomo 4. in 3. p. vbi de Sacram. pœnitenti disp. 27. lectio 4. dubio 2. in 7. ait. si quis virtute iudicet. vel alterius privilegij cōcedentis semel eligi cōfessorum. et. q. & is non absolutus. vel cō eo non finire confessionem. integri ei esse alium eligere. Quia intelligitur ea potestas semel eligendi de actu cōsummato. At prior actus consummatus nō est. Cū ablatio nō sit obiecta. An verō possit quidā cōfessorius eligi. vt disp. cetera. l. ius verō vt plē legitur. et dixi disp. 7. n. 17.

41 Tertia cōclusio. Si Episcopus alium Vicariū constituat. vel ipsi met Vicarius facultate Episcopi aliū substituat Vicarium generalem. poterit hic delegationem Vicario sub nomine dignitatis cōmissam. exequi: sicut ipemet Vicarius poterat. Quia non est alius Vicarius. sed ipsius successor. ac reputatur idem cum priori. Sic Iacobus de Puteo in sua decisioe 287. lib. 2. dicens sic decessum in Roma. c. 2. p. 222. in 2. d. 2.

42 Ultima cōclusio. Quis possit Episcopus Vicarium suū generalem ab officio removere. etq. impedire ne delegationē ipsi sub nomine dignitatis cōmissam. exequatur. Vt bene docent Cardin. clem. 2. q. 9. n. 1. o. de rescrip. & ibi Imola. nu. 1. 4. Ancharan. Bonifacius. n. 6. licet puniri possit. si in iurisdictionis delegatæ fraudem id efficeret. tanquā eā perturbans. c. 1. de offi. deleg. & docet Imola. p. 1. allegatus. At nō possit Vicarium speciale constituit. vt de ea sola delegatione cognoscat. Quia hæc cōmissa est principali officiali. seu Vicario ipsius. (vt dixi nu. 36.) At hic nec est principalis Vicarius. nec ordinariam Vicarij iurisdictionē sortitur: sed quidā specialis est delegatus ad eā causam expedienda. Quā nequit Episcopus delegare: vt potest. quæ suæ iurisdictionis nō est. Posset tñ alium Vicariū generale cōstituit. depositi priori. & ille possit eam exequi. Nam si causa à priori cœpta esset. non possit hic posterior manente priori in officio. sicut si priori nō esset præsentatum. rescriptum. Vt dixi num. 37. & 38.

43 Tandem dubitatur. vtrū officialis Episcopi. cui delegatur per hæc rescripta dispensatio in matrimonij impedimentis. possit eā facultatem subdelegare? Menoch. cōfil. 17. n. 5. & seq. volum. 1. latē probat Episcopus. cui hæc commissio fieret. non posse eā etiam suo Vicario generali subdelegare. Dicitur primò. Quod cause matrimoniales solum Episcopi possunt delegari. Secū-

do potest probari. quia in his dispensationibus post causas allegatas à parte relatas. lolet Pontifex iniungere officiali. vt de eorū veritate se diligenter informet. & addit. *su per quo conscientia tua oneramus.* Quæ verba elocū esse personæ indultriam denotat. Et sic nō poterit. nec in formatio veritatis præcū delegari iuxta. c. si. §. vlt. de offi. deleg. Tandē. quia aliquando in his matrimonij dispensationibus dicitur. *Discretionē tuā de qua in his speciale nō dno fiduciam obtinemus.* Atq. ita videtur de Vicarij persona specialiter cōsidere Pōtifex. ac proinde eius indultriam eligere. Sed breuiter (ne diutius immeret) sentio posse Vicarium receptionem testiu. ac informationem cōmittere. nō verò ipsam dispensationem. Ducor. quia vbi nudum ministerium vnā cū iurisdictione aliqua cōmittitur à Principe. nō potest qui dem nudū subdelegari ministerium. bene tamen iurisdictionē illa. Vt tradit Innoc. c. fin. in fine. de offi. deleg. quem sequitur ibi Abbas. §. fin. nu. 6. Quod hic contingit: quia in his rescriptis cōmittitur officiali iurisdictionē veritatis precum examinandæ. ac nudum ministerium exequendæ dispensationis à Pontifice concessæ. Poterit ergo illa delegari. non autem hoc. Et ita fulgent Felin. d. c. si. §. vlt. ad fin. vers. 4. limita. Me noch. d. cōfil. 17. nu. 12. vbi & alios refert. Quod si illa testium receptio extra diocesim officialis dispensatur faciendū sit. fiet ab ordinario. cui delegatus ille remittit. nō autoritate propria ordinarij. sed autoritate subdelegata sibi. cōmissa ab officiali illo delegato. Quauis vbi ordinarius remittit alteri ordinario probationem. aliquā faciendā in diocesi ordinarij. cui remittitur. recipit ille ordinarius testes non autoritate remittentis. sed propria. & ordinaria. Vt vtrūq. bene docet Cardin. clem. vnica. n. 10. de offi. deleg. Nec obstat in contrarium adducta. Nō primū. quia stylus habet. vt cause matrimoniales cōmittantur inferiorib. Episcopo. vt eius officialib. Quod constat ex rescriptis dispensationum in matrimonio. quæ passim à Pōtifice mittuntur. Nec obstat secundum. Quia licet multi varia rescripserint circa illam clausulā. cōscientiam tuam oneramus: at quando ea verba nō diriguntur personæ nominatæ. videntur posita in vim monitionis. potius quā in vim formæ delegationis: & cōsequenter examē per ea verba à Pōtifice cōmissū poterit subdelegari: vt bene probat Nauar. lib. 1. c. 61. in 1. editione. tit. de officio Vicarij. cōfil.

2. nu. vnico. in 2. tit. de offi. deleg. c. 61. 6. nu. vnico. Quod eò vel maxime verū est. quia per huiusmodi verba. & similia. vt iudicio. & prudentiæ tuæ remittimus. nō cōsetur ele dā indultria personæ. quādo dele-

gatio nō sit personæ cognitæ. & determinatæ. sed dignitatē (vt probauit lib. 3. disp. 7. nu. 20.) Aliās dicendū esset eam cōmissionem mortuo eo officiali non transire ad successorem. Et per hoc patet ad tertium.

DISPUTATIO VIGESIMA OCTAVA.

An commissio dispensandi in matrimonij impedimentis. & generaliter quauis potestas delegata expiret morte. vel cessatione officij delegantis. re integra contingentibus?

SUMMARIUM.

1. **Q**uotuplīter concedi solent. que à Sede Apostolica promanant? num. 1.
 2. **Q**uæ manant per viam legis. vel constitutionis non expirat morte concedentis? num. 2.
 3. **N**ec que per modum contractus emanant. nu. 3.
 4. **I**urisdictione ordinaria non expirat morte concedentis. vt integra. num. 4.
 5. **Q**uid. si cōcessa sit ad cōcedēti beneplacitū? An hoc deficiat in ordinaria Vicarij iurisdictione. num. 5.
 6. **Q**uorū quæstiones disputandæ sint. num. 7.
 7. **Q**uando dicatur res integra. & non integra? Refertur duplex opinio. num. 8. & 9.
 8. **E**xplicatur sententia Authoris num. 10.
 9. **A**n sufficiat actus citationis æquivalens. vt res definit esse integra? num. 11.
 10. **A**n sufficiat decretū citādū. & si citatio intimata nō sit? Refertur quædam opinio. num. 12.
 11. **P**roponitur sententia Authoris num. 13.
 12. **A**n sufficiat vna citatio. an potius desideretur vtrius? num. 14.
 13. **A**n sufficiat citatio facta absq. iudicij decreto? Quid. si citatio defectu alicuius requisiti irrita sit? num. 16.
 14. **Q**uid. si citatio sit circumducta. & pars absoluta à citationis instantia? num. 17.
 15. **A**n si delegatus commiserat alteri vices suas. deficiat res esse integra? num. 18.
 16. **A**n per rescripti presentationem definat res esse integra? num. 19.
 17. **P**er quem actum definat res esse integra in rescriptis gratiarum? num. 20.
 18. **Q**uando plures cause cōmittuntur. pluresve articuli in eodem rescripto. si illa cōnexa sint. incipitō circa vnum facit rem non esse integram quoad cetera. num. 21.
 19. **Q**uid. quando non sint cōnexa. at actus circa vnum est cōmuni omnibus: & quando dicitur cōmuni? num. 22.
 20. **A**n per citationem in vno ex his negotijs. nō cōnexu per delegatum factam. definat esse res integra quoad alia? num. 23.

1. **Q**uid. si illa sint aduersus eandem personam. & ceterum in vno negotio. an res definat esse integra quoad alia? Refertur opinio. num. 24.
 2. **E**xplicatur sententia Authoris. num. 25.
 3. **Q**uid. si ea per modum vnus. & sub quadam vniuersitate cōmittantur? Refertur quædam sententia. num. 26.
 4. **P**roponitur sententia Authoris. num. 27.
 5. **Q**uid. si ea cōmissio nō sit ad vniuersitatem causarum. sed ad earum generalitatem? num. 28.
 6. **A**n concessa dispensandi potestate cū pluribus. censetur res non integra. si cum vno sit iam dispensatum? num. 29.
 7. **P**ost num. 29. inuenies alia summaria.

Disputatio præcedēs tractauit quādo commissio expirat morte. vel cessatione officij delegati: p̄sens autem discutit quādo cessat morte. vel cessatione officij ipsius delegatis. Et vt certioribus præmissis ad minus certa disputanda gradū faciamus. præmittendum est primò. ea quæ à Sede Apostolica dimanant esse in quadruplici differentia. Quædam manant per modum legis. seu constitutionis. Quædam per viam contractus. Quædam per viam rescripti iustitiæ. id est. ad lites. Tandem alia per viā gratiæ. Sic allegato Baldo tradit Felinus. cap. licet vndique. num. 1. de offi. deleg.

2. **S**ecundò præmitto. certum esse literas emanantes per viam legis. vel constitutionis non expirare morte concedentis re etiā integra. Quod lex suapte natura sit perpetua. l. cum eorum. C. de sentent. & interloquit. l. Arriani. C. de hæret. & ita tanquam certum docent Anton. c. irrefragabili. §. ceterum. num. 15. de offi. ordin. & ibi Abbas nu. 1. Decius cap. relatum. in noua editione. nu. 28. de offi. deleg. Felin. cap. licet vndique. nu. 1. eodem tit. Rosella. verb. delegare. nu. 10. Syluest. verb. delegatus. q. 7. nu. 7. Similiter literæ per modum contractus